

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. I. Confirmatio est verum ac proprium novæ Legis Sacmentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

CONCLUSIO I.

Confirmatio est verum ac proprium novae Legis Sacramentum.

5.
Probatur
conclusus ex
Florent. &
Trident.
Ta novissime, post Florent. in decreto de Armenis, definit Trident. sess. 7. de hoc Sacramento can. 1. contra hereticos nostri temporis, inquiens: *Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse & non potius verum & proprie sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quam certes quamdam, quæ adolescentia proximi fidei usque rationem eoram Ecclesia exponebant; anathema sit.*

Quod sit ceremonia aliqua sive signum sensibile nemo potest negare, & luce clarius apparet ex materia & forma inferius affigendis. Porro non esse otiosam, ut somniant Acatolici, sed effice gratiam sanctificantem, colligo ex Scrip. Act. 8. v. 17. Tunc imponebant (Apostoli) manus super eos (baptizatos) & accipiebant Spiritum sanctum.

Item ex
Scriptis
Act. 8. & 19.
S. Cypri.
Et c. 19. v. 6. Et cum imposueret illis (baptizatis) manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, utique per gratiam internam sanctificantem, ut essent plene sanctificati (ut oritur verbis D. Cypr. epist. 70. & 72.) filii Dei, & renati utrique Sacramenta, Baptismus nimirum & Confirmatione.

Adstipula-
tur D. Au-
gustinus.
Rom. 5. v. 5.
Adstipulatum D. Aug. lib. 3. de Baptismo contra Donatistas c. 16. in principio: *Spiritus, inquit, sanctus quia in sola Catholica per manus impositionem dari dicitur, numerum hoc intelligi maiores nostri voluerunt, quod Apostolus ait: Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ipsa est enim charitas, quam non habent, qui ab Ecclesia Catholica communione praecisi sunt, ac per hoc etiam linguis bonum loquuntur & Angelorum, si scilicet omnia Sacraenta, & omnem scientiam, & si omnem habeant prophetiam, & omnem fidem, ita ut montes transferant, & distribuant omnia sua pauperibus, & tradant corpus suum ut ardeant, nihil eis prodefiat. Non autem habet Dei charitatem, qui Ecclesia non diligit unitatem; ac per hoc recte intelligitur dicens non accepti, nisi in Ecclesia, Spiritus sanctus.*

Occurrentque responsioni hereticorum profecitur: *Neque enim temporalibus & sensibilibus miraculis attestantibus (Quid aliud, nisi charitatem diffusam in cordibus?) per manus impositionem modo datur Spiritus sanctus,*

sicut antea dabatur, ad commendationem rudis fidei, & Ecclesia primordia dilatanda. Quis enim manu hoc expectat, ut iij, quibus manus ad accipiendum Spiritum sanctum imponitur, repente incipiat linguis loqui? Sed invisibiliter & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus divina charitas inspirari, ut posint dicere: Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Ergo secundum D. Aug. accipere Spiritum sanctum per manus impositionem, non est accipere donum linguarum, aut prophetiarum, seu alias gratias gratis dataas; sed per charitatem Dei diffusam in cordibus per Spiritum sanctum; quæ quid aliud est quam gratia justificans, vel ejus augmentum?

Ne autem aliquis scrupulus remaneat de mente tanti Doctoris, audiamus quid ad item propositionem dicat Tract. 6. in Epist. B. Joan. Prima temporibus eadebat super credentes Spiritus sanctus, & loquebatur linguis, quas non didicerant, quomodo Spiritus dabant eis pronunciare. Signa erant tempore opportuna. Oportebat eum ita significari in omnibus linguis Spiritum sanctum, inhabitantem corda fidelium, per gratiam sanctificantem, quia Evangelium Dei per omnes linguas cursum erat toto orbe terrarum significatum est illud & transtulit. Numquid modo quibus imponitur manus, ut accipiant Spiritum sanctum, hoc expectetur ut linguis loquantur? Aut quando imponimus manus ipsis infantibus, attendis uniusquisque vestrum utrum linguis loquerentur? Et cum videbet eos linguis non loqui, ita per verso corde aliquis vestrum fuit ut diceret: non accepserunt isti Spiritum sanctum, nam si accepissent linguis loquerentur, quemadmodum tunc factum est? Si ergo per huc miracula non fiat modo testimonium presentis Spiritus sancti id est, charitatis Dei, unde fit, unde cognoscit quisque accepisse se Spiritum sanctum?

Igitur ex mente D. Aug. tunc miracula illa erant testimonium praesentis Spiritus sancti per gratiam internam, seu invisibillem, quæ de facto infunditur per impositionem manuum absque aliquo sensibili miraculo.

Accedat aliud testimonium ejusdem Doctoris ex lib. 15. de Trinit. c. 26. ubi loquens de Christo, sic ait: *Et manifestius de illo scriptum est in Actibus Apostolorum: Quoniam unxit eum Deus Spiritu sancto. Non utique oleo visibili, sed dono gratiae, quod visibili significatur unguento, quo baptizatos unctionis Ecclesia.*

Noli ergo cogitare, noli dicere D. Augustinum non agnovisse Sacramentum Confirmationis. Agnovit plane locis jam allegatis: quamvis difficile appareat, quod ait lib.

Secundum
quem idem
est accipere
Spiritum
sanctum per
manus im-
positionem,
ac gratiam
sanctifican-
tem?

De quo no
est dubitan
dum utrum
confirma
tionis san
ctus

eramentum
agnoverit,

ait lib. 3. de Baptismo c. 16. & refertur
1. Q. 1. c. 74. Manis autem impositionis non sicut
Baptismus repeti non potest. Quid est enim aliud
nisi oratio super bonum? Etenim veritas
Catholica est, Sacramentum Confirmationis
iterari non posse. Quid ergo ad D. Au-

gustinum?
Respondeo eximum & Sanctum Ec-
clesiae Doctorem illo loco per manus im-
positionem nequam intelligere Con-
firmatoriam, sed Reconciliatoriam, juxta
illud, quod apud eundem lego lib. 5. de
Baptismo c. 23. ibi: Manis autem impositionis,
si non adhiberetur ab hereti venienti, tamquam
extra omnem culpam esse indicaretur, propter
charitatis autem copulationem, quod est maxi-
mum donum Spiritus sancti, sine quo non valent
ad salutem, quacumque alia sancta in homine
fuerint, manus hereticis correctis imponitur.

Quod non
semper per
manus im-
positionem
intellexit;

Unde & priori loco subiungit: Nam quod
in typo unitatis Petro Dominus dedit potestatem,
ut id solvere in terris, quod ille solvisset, ma-
nifestum est quod illa unitas, etiam una columba
perfecta sit dicta. Ut quid allegaret potestat-
em solvendi, si non intelligerer impositionem
manuum reconciliatricem penitentis?
Certè hæc, non sicut Baptismus, repeti non
potest, sed potius instituta est ut sibi
iteretur.

Vocat autem illam, Orationem; non quod
absolutio sacramentalis sit deprecatoria
(contraria quippe ostendam propriò lo-
co) sed vel propter preces antecedentes
& subsequentes; quemadmodum totum,
quod dicitur in officio divino, appellatur
oratio, licet etiam legitur historia, que
solum sunt narratio; vel quia implicitè con-
tinet orationem, quâ Sacerdos nomine
Christi efficaciter petit remissionem peccati.

Ad Confir-
matoriam
autem re-
quirit un-
ctionem,
ibidem:

Confirmatur; quia ad manus impositionem Confirmatoriam requirit Unctionem lib. 2. contra lit. Petiliani c. 104.
Et in hoc anguento Sacramentum Chrisma-
tis vult (Petilianus) interpretari, quod qui-
dem in genere visibilium signaculorum sacro-
sanctum est, sicut ipse Baptismus, sed potest esse
in hominibus perfidis, ratione scilicet char-
acteris, ut etiam ipse Baptismus, cui Aug.
comparat hoc Sacramentum in sanctitate;
comparatus etiam proculdubio in non
iterabilitate, si sermo ita exegisset. Hæc de-
mente D. Aug.

Sed revertarum ad Scripturam, unde
digressi sumus. Profectò non est verisimile
in primitiva Ecclesia temporibus Aposto-
lorum omnibus baptizatis per manus im-
positionem concessum fuisse donum lingua-
rum & prophetie. Alioquin quomodo

diceret Apostolus 1. Cor. 12. v. 29. Num. 1. Cor. 12. v. 29. Num. 1. Cor. 12. v. 29.
quid omnes Apostoli? numquid omnes propheti?
.... numquid omnes linguis loquuntur?

Multa (inquit D. Aug. lib. 3. de Bap. & Ap. c. 16.) operationes sunt Spiritus sancti, quas
idem Apostolus cum quodam loco (1. Cor. 12.
v. 8.) quantum sufficere arbitratus est com-
memorasset, ita conclusit (v. 11.) Omnia au-
tem hec operatus unus atque idem Spiritus, di-
videns singulis prout vult. Ergo non omnibus
baptizatis indifferenter conferebantur hec
operationes Spiritus Sancti, sive gratis
gratis datae per manus impositionem.

Accedit, quod donum linguarum, pro-
phetae, &c. possunt esse in peccato, ut
patet 1. Cor. 3. v. 1. & 2. Si lingua homi-
num loquar & Angelorum, charitatem autem
non habuero &c. Et si habuero prophetiam, &
noverim mysteria omnia, & omnem scientiam,
& si habuero omnem fidem, ita ut montes tran-
seram, charitatem autem non habuero, nihil
sum.

Quod etiam advertit S. Aug. supra
dicens: Cum ergo sit aliud Sacramentum, quod
habere etiam Simon Magus potuit (ratione
characteris animæ impensis) aliud operari
Spiritus (externa) qua in malis hominibus etiam
sister solet: sicut Saul. 1. Reg. 19. habuit pro-
phetiam; aliud operari (interiora) eiusdem Spi-
ritus, quam nisi boni habere non posset, sicut
est finis praecipi charitas de corde puro &c.

Atque hi sunt qui opere & veritate per
manus impositionem accipiunt Spiritum
sanctum, sicut accepit Cornelius vir iudeus,
religiosus, ac timens Deum Act. 10. v. 41
44. & 45. Adhuc loquente Petro verba hac,
cecidit Spiritus sanctus super eos, qui audiebat
verbum. Et obstatuperunt ex circumflexione fidei,
qui venerant cum Petro, quia & in nationes gra-
tia Spiritus sancti effusa est, tum visibiliter
per donum linguarum; sequitur enim v.
46. Audiebant illos loquentes linguis & mag-
nificantes Deum: tum invisibiliter per chari-
tatem diffusum in cordibus eorum: liqui-
dem Tunc respondit Petrus (v. 47.) Numquid
aqua quis prohibere potest, ut non bap-
tur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut
& nos?

Idem significat Princeps Apostolorum ad
c. sequenti v. 15. Cum autem ceperit loquen-
te Spiritus sanctus super eos, sicut & in no-
minio. Et v. 17. Si ergo eandem gratiam
dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credimus
in Dominum Iesum Christum: ego quis eram,
qui possem prohibere Deum? Qui autem am-
bigat, Apostolos in die Pentecostes, per
aduentum visibilem Spiritus sancti in lin-
guis igneis, accepisse augmentum grata-
sancificantis?

Unde

Per manus
impositio-
nem Apo-
stolorum
emporibus

11.
Unde fideles ex circumcisione auditis, quae dicebantur à Petro, tacuerunt, & glorificaverunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam. Ibidem v. 18. Quia illa vita, nisi interior hominis sanctificatio?

Manuum impositionis Apostolicæ non fuit ceremonia otiosa;
Itaque impositionis manuum, per quam Apostoli olim dabant Spiritum sanctum, non fuit ceremonia aliqua otiosa, neque usurpara tantum ad conferendum donum linguarum; minùs, ut falso existimat Calv. lib. 4. instit. c. 19. ut ipso gestu Apostoli significanter se Deo commendare, & velut offerte eum, cui manus imponebant.

Alioquin cur Apostoli, qui erant Ierosolymis, cum audissent, quod recipisset Samaria verbum Dei, cur, inquam, tam festine ad eos misissent Petrum & Joannem? Nonne absentes æquæ ac praesentes poterant illos Deo offerre? An Simon Magus adeò stultus erat, ut vellit pecuniam emere potestatem offerendi Deo fideles, quam quilibet Christianus haberet?

Quid ergo? Vidi solis Apostolis à Christo ordinatis permitti hoc ministerium; vidit ipsos per manum impositionem dare Spiritum sanctum visibiliter per donum linguarum & prophetia, credidit dare Spiritum sanctum invisibiliter per gratiam sanctificantem, vidit, credit et ob tutulit eis pecuniam dicens: Act. 8. v. 19. Date & mihi hanc potestatem, ut circumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecuniam posideri.

Quod donum Dei? Ordinationem Episcopalem, donum linguarum, & plenitudinem gratie sanctificantis; de qua plenitudine dicebat Christus Apostolis suis Act. 1. v. 5. Quia Ioannes quidem baptizavit aqua; vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies, utique in die Pentecostes; nam ut ostendimus disp. 1. Apostoli probabilius ante passionem Christi abluturi erant lavacro regenerationis.

De eadem plenitudine loquitur Deus apud Prophetam Joël. c. 2. v. 28. Et erit post haec: effundam spiritum meum super omnem carnem.

Nota ly Super omnem carnem, quod generaliter ut sonat intellixit Apostolus Petrus Act. 2. v. 17. Et ecce, inquit in novissimis diebus (dicit Dominus) effundam de spiritu meo super omnem carnem; & prophetabant filii vestri &c.

Ad quam Scripturam alludens Christus Joannis 7. v. 38. ait Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flamina de ventre eius fluens

aque viva. Ubi Evangelista subiungit: Hoc autem dixit de Spiritu (id est plenitudine gratiarum) quem acceptum erant credentes in eum, per manus impositionem. Nonnum enimerat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat gloriosus, nam solum in Pentecoste, quorum sine dubio plures ante Ascensionem Christi fuerant baptizati, per Sacramentum Confirmationis augmentum, robur, perfectionemque gratia baptisimis accepserunt.

Ex quis credit hunc Spiritum in Ecclesia Christi non amplius dari? Fallitur ergo, aut fallit æterna Veritas, que Joan. 14. v. 16. promittit Spiritum mansurum nobiscum in æternum, id est, usque ad finem mundi? Et ego, inquit, rogabo Patrem & alium Paraclitum dabit vobis ut maneat vobis cum in æternum Spiritum veritatis.

Absit à nobis ut Deum falli aut fallere possè dicamus. Non enim, inquit D. Aug. lib. de natura & gratia c. 49. ut nulli putant, ideo non erit omnipotens, quia nec mori potest & negare se ipsum non potest. Nam, ait idem S. Doctor lib. 1. de Symb. ad Catech. c. 1. si mori posset, non esset omnipotens: si mentiri, si falli, si fallere, si iniquè agere, non esset omnipotens, quia si hoc in eo esset, non sufficeret dignus, qui esset omnipotens.

Finio veribus D. Hieron. contra Luciferianos: An nescis, (heretice) Ecclesiarum s. Hieron. hinc esse morem ut baptizatis possea manus imponatur, & invocetur Spiritus Sanctus? Exigit ut probatur scriptum sit? In Actibus Apostolorum. Etiam si Scriptura auctoritas non subfasset, totius orbis in hac partem consensus instar precepti obtinet: nam & multa aliæ, que per traditionem in Ecclesijs observantur, auctorateni fibi scripte legis usi spaverunt.

Quarens unde constet ille consensus. Respondeo ex testimonij sedecim Pontificum incipiendo à Clemente Rom. plurimorum Conciliorum, ac SS. Patrum, quæ videri possunt apud Basil. Pontium supra parte 1. c. 2. à numero 3. usque ad 8. Bellarmine, & alios Controversias. Ego in rem tam clara superscedeo singulorum verbis exscribendis.

Fatetur, per Baptismum dati potuisset gratia, cuà homo non solum regeneraretur, verum etiam in fide, quam accipit, perficeretur: Evidem conveniens fuit hæc Sacramentorum varietas, quia diversum beneficium est generari spiritualiter, quod fit per Baptismum, & roborari in Spiritu accepto, ad quod instituta est Confirmationis, & nutriti seu ali, quod proprium est cibo & potu Eucharistico.

Et

Et Christus apud Joannem Juan gelitam 2. 7.

13.
Nec dubi-
tandum quin
ad hoc derit
in Ecclesijs
Iust. 14.

14.
S. Hieron.
Ubi proba-
tur auctorita-
tate Ecclesie.
iz.

Et commu-
nicentia
Patrum &
Doctorum

15.
Estratione
bili conve-
nientia.

Act. 8.
Sed collati-
væ plenitu-
dinis gratia
sanctifican-
tis.
Act. 1.

12.
De qua ple-
nitudine
loquitur
Joel Pro-
pheta,
Act. 2.

A. 1.

Et ideo Apostolis, absque dubio spiritualiter regeneratis, imo & communione Eucharistiae refectis dictum est à Christo Act. 1. v. 8. *Accipietis virtutem superuentis Spiritus Sancti in vos, utique ad fidem publicam confessionem, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.*

Imò morali necessitate suscipiendo hoc Sacramentum,

16.

Si Apostolis præter gratiam Baptismi & Eucharistiae, erat necessaria specialis gratia Spiritus sancti ad fortificare Christi fidem propagandam, & propagandam; quanto magis cæteris Christianis, tantò imbecillioribus in confessione fidei, quanto imperfectoribus in amore?

Ita ergo se habet de Confirmatione definita sententia voluntatis Dei, communii Patrum consensu recepta, & perpetuo usu Ecclesiæ confirmata, contra quam disputatione insolentissimæ infanæ est.

Definitur autem seu potius describitur hoc Sacramentum ex Doctore Subtili 4. dist. 7. q. 1. n. 1. *Vnctio hominis viatoris aliqualiter consentientis, vel libero arbitrio numquam usi, facta in fronte in figura crucis cum Chrismate sanctificato, & hoc a ministro idoneo, simul cum intentione debita inungente, & certa verba proferente, significans efficaciter ex institutione divinaunctionem animæ per gratiam regorantem ad confitendum cum constantia fidem Christi.*

Cujus descriptionis singulas partes antequam cum Scotio aggrediar explicare, quaro tempus institutionis. Quaro, inquam, & vix invenio: interim, salvo meiori, dico

CONCLUSIO II.

Sacramentum Confirmationis institutum fuit à Christo quoad materiam & formam in nocte ultimæ Cœnæ, quo ad ministrum Joannis 20.

17.
Item institutio
tempus, &
modus,

De tempore & modo institutionis huius Sacramenti, sic loquitur Doctor Subtilis supra n. 3. *Supponitur institutum esse à Deo, licet tempus, & modus huius institutionis in Scriptura non legatur: foris quia histriographi Scripturam usque ad tempus illud non produxerunt: non enim produxerunt ultra tempus Apostolorum, nec etiam usque ad plures annos ante mortem eorum: toto autem tempore Apostolorum foris manebit dominum linguarum in Sacramento Confirmationis.*

Ubi quando audis, foris, cogita Doctorem nihil determinatè & absolute alterare, sed proponere se doctribus examinandum.

Addit: Nec est improbatum multa esse tradita anterioriutate à Christo Ecclesia per Apostolum, que tamen in Scriptura non legimus, ut dicit *Quod in Damasceno lib. 4. c. 4. ubi loquens de adoratione imaginum, ait: Esi autem nobis tradidisti uocem traditum, quemadmodum oportet ad orientem adire crucem, & altera plurima his similia.*

Ecce petra scandali & lapis offendit, sed ijs, qui timet, ubi non est timendum. Non videtur, inquit Pontius supra part. 1. c. 3. n. 11. reprehensione carere Scotum, quem sequuntur Nonnulli Scotti, qui immo in 4. dist. 7. q. 1. docere videtur institutionem hujus Sacramenti esse à Christo à solo factam, non constare ex sacra Scriptura, sed haberi ex doctrina à Patribus & Apostolis accepta.

Sed age Basili, produc textum sacra paginæ, in qua Christus instituit unctionem Chrismatis pro materia hujus Sacramenti, pro forma autem hæc verba, aut equi pollentia: *Signo te signo crucis &c. & credimus tibi. Nonne tu ipse cum alijs doceas parte 2. c. 6. Apostolos Act. 8. & 19. confirmasse sine unctione Chrismatis per nudam manuum impositionem?*

Præterea inquiero: legit aliquid in Scriptura Apostolos confirmasse sine visiblem descentu Spiritus sancti? Ex quo ergo loco ostendis Apostolos confirmasse cum Chrismate & unctione?

Si dixeris, ex Apostolo 2. Cor. 1.v.21. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus, qui & signavit nos, & designavit pignus Spiritus in cordibus nostris, Profecte ipso teste part. 1. c. 3. n. 7. multi confirmandi verbum intelligunt de Confirmatione per gratiam, & fidem, five ea detur in Sacramento, five extra. Ita Chrysostomus Theodoretus, Theoph. Hier. S. Thom. & plures alij.*

Illud etiam verbum, *Vinxit nos multi intelligentes de unctione per gratiam ut & ly, Signavit nos, nonnulli ex citatis explicit de signatione per gratiam, quæ discernuntur probi ab improbis. Alij de obsignatione per Spiritus sancti dona, & gratias gratiæ datas. Aliqui de obsignatione per characterem. Alij de obsignatione per auxilium efficax. Cæteri de obsignatione per signum Crucis. Quare non inde probatur efficaciter Sacramentum Confirmationis.*

Si adduxeris testimonium ex Apostolo 1. ad Ephes. vi. 13. *In quo, scilicet Christo, credentes signati ejis Spiritu promissioni facti, quæq;*